Pellegrina filia eius dedit fratribus terram sittam iuxta domum Baroni advocati [37], de qua fratres habent VI denarios. Maria Goc obiit, que dedit fratribus domum unam que solvit XII denarios [h].

MCCCLVIIII, mag. Pascuttus dictus Pizolus faber obiit, pro quo habet capitulum super domibus sittis in contrata S. Andree [38], ut fiat eius anniversarium, marcham mediam et frixachenses XXXVI; item legavit braydam unam locatam dom. Iacobo de Marano can. [39], pro qua solvit annuatim capitulo frixachenses centum nove monete Aquilegensis [i].

[18] XVII. G. XIIII Kal. Octava s. Martini. Romani mart.[l]

Loth carnifex obiit, qui dimisit fratribus VI denarios. Conradus de Rivarotta obiit, qui dedit fratribus unum mansum in Fagnacho. Maria Otacci obiit, que dedit fratribus unam marcham pro emendo allodio [m].

MCCCXLII, dom. Astorgius mans. istius ecclesie obiit in Domino, qui dimisit capitulo pro suo anniversario faciendo annis singulis ***, pro quo habite sunt marche *** [n].

Obiit in Christo Mathias quondam Antonii Marcutii de Casteiono Strate, qui donavit rev. capitulo Aquil. donatione irrevocabili que dicitur inter vivos, ut patet manu ser Iohannis Petri Misano de S. Vito, dimidium mansum positum in dicta villa Casteioni, pro quo habentur de affictu frumenti staria III, avene starium unum, millei starium unum, ad hoc ut perpetuis temporibus fiat eius anniversarium cum quatuor missis ut moris est in dicta sancta Aquil. ecclesia, de cuius donatione patet in-

[h] Agata... denarios A *om.* B [i] MCCCLVIIII... Aquil. A [4] B [l] Octava... mart. AB [m] Loth... allodio A *om.* B [n] MCCCXLII... marche *** A [4] *om.* B.

[37] Barono avvocato: Necrologio, 11 aprile.

[38] Vale, *Topografia*, 7.

[39] Iacopo da Marano da Parma, can. di Aquileia e di Cividale: Necrologio, 25 luglio.

strumentum manu suprascripti ser Iohannis Petri, sub anno MCCCCLXXXII, ind. quindecima, die vero quinta mensis Maii et habemus dictum instrumentum in cancellaria capituli rev. suprascripti. Item supradictus Mathias legavit s. ecclesie Aquil. unum campum pro penitentia sibi iniuncta et non facta, situm iuxta contratam altam, ut de testamento patet manu presb. Iacobi beneficiati in Casteiono, et demum relevato per ser Bernardinum de Merulano not. Utinensem, pro quo campo ecclesia habet *** [o].

[19] VI. A. XIII Kal. Helisabeth vidue. [p]

In hoc festo dividatur una marcha cum vino et oblatione et pro domino patriarcha Bertoldo ponatur specialis oratio [40] in conventuali missa [q].

Iohannes Subtilis obiit, pro quo fratres habent XII den. specialiter ad hoc ut in anniversario suo ematur quartaria vini que propinetur in capitulo et in crastinum III den. offerantur in missa conventuali [r].

MCCCXLVII, dom. Lucia uxor quondam Diolaiut de Flagonia obiit, pro qua habemus super campis suis in Muroforato frisachenses XL, quos campos tenet Benevenutus frater ipsius Diolaiut: franchavit et pecunia non est super [s].

[20] B. XII Kal. Bassi. Dionisii. [t]

Hemma comitissa mater dom. Wolrici patriarche [41] obiit in Domino, que villam de Rospano fratribus dedit [u]. Camocius [41 bis]

[o] Obiit in Christo... habet *** B [6] *om.* A [p] Helisabeth vidue AB [q] In hoc... missa A [1] *om.* B [r] Iohannes... conventuali AB [s] MCCCXLVII... est super A [4] *om.* B [t] Bassi. Dionisii AB [u] Hemma... dedit A *om.* B.

[40] Vale, *Liturgia,* 373.

[41] Su Emma contessa di Treffen: Introduzione, cap. I, n. 33.

[41 bis] Per il testamento fatto da Camocio ad Aquileia il 19 novembre 1293 si veda qui di seguito: Appendice III, 4.

obiit, qui pro suo anniversario faciendo cum vino et offertorio dimisit capitulo redditus XV den. singulis annis super domibus suis et orto sittis iuxta pistrinum et dormitorium capituli [v].

Dom. Dionisius de Orzono vicarius dom. comitis Goritie, plebanus de Silcano obiit, qui dedit capitulo unum mansum in Peres ultra Ysuntium, qui regitur per Camozium et Vidiz et solvit IIII staria frumenti, VI congios vini, IIII staria annone et surgi, IIII staria millei, XVI frixachenses, IIII gallinas cum ovis et XL frixachenses super domum in qua habitabat, scilicet super cimiterium, ut iuxta consuetudinem fiat anniversarium suum cum elimosina oblatione et vino, ita quod eadem die fiat memoria de Engerate matre sua [z].

MCCCXXVII, Iohaninus quondam Virgilii de Civitate [42] obiit, qui dimisit capitulo redditus unius marche pro anima sua et dicti patris sui, ut secunda feria post dominicam de passione fiat anniversarium dicti patris sui et in isto die fiat dicti Iohanini anniversarium cum vino et oblatione et in die quo cadit anniversarium mag. Iuliani et soceris, de quibus den. addantur in anniversario dicti Iuliani XXIIII den. et in anniversario Virgilii LXVIII den. dividantur cum vino et oblatione, reliqui autem LXVIII den. dividantur cum vino et oblatione in anniversario dicti Iohanini ut moris est [a].

Hic fit anniversarium nobilis viri quondam dom. Leonardi de la Fratina, quod fieri debeat bis in mense et per sex menses continuos et successive sequentes incipiendo de mense Novembris iuxta formam deliberationum capituli prefati [b].

[v] Camocius... capituli AB [z] Dom. Dionisius... matre sua A [1] *om.* B
[a] MCCCXXVII... moris est A [1] B [b] Hic fit... prefati B [3] *om.* A.

[42] Giovanni di Virgilio da Cividale. Uruspergo, 26 febbraio 1324: « Iohannes et Stephanus fratres quondam Virgilii de Civitate » (BIANCHI, *Documenti*, nº 371); Venezia, 18 ottobre 1324: « Iohannes quondam Virgilii de Civitate » (BIANCHI, *Documenti*, nº 394).

[21] XIIII. C. XI KAL. MAURI MART., PASSIO. [c]

Wolricus de Circulo [43] obiit, pro quo fratres habent IIII libras et unam ollam salis de statione sua. Hermannus thesaurarius [44] obiit, qui dimisit fratribus II <marcas>, que dant annuatim IIII libras. Maria Gumbis obiit, pro qua fratres habent IIII denarios. Arthusius de Doremberch obiit, qui dedit fratribus mansum unum in Cormons. Zeno Cizzo obiit, pro quo fratres habent VI den. de domo Zilii de S. Andrea. Stana mater Fortunati obiit, que dimisit capitulo inaures aureas pro emendo allodio [d]. Marinus de Riuda obiit, qui dimisit fratribus XVI den. super quadam domo in Fossula [45], specialiter ad hoc ut in anniversario suo ematur quartaria vini que propinetur in capitulo et in crastinum III den. offerantur in missa et III den. dentur IIII mans. sacerdotibus qui eodem die carent missas [e].

MCCCCLX, providus et circumspectus vir dom. presb. Bernardus de Parentio alme ecclesie Aquil. mans. dedit et assignavit ven. capitulo Aquil. de censu sive livello, den. XL annuatim super domibus suis sitis in contrata S. Andree sive de Calegaretiis [46], iuxta andronam sive viam qua itur ad flumen [47] et iuxta domum done Paschule, ad hoc ut festum s. Mauri martiris fiat cum IX lectionibus [48] et in vita ipsius in conventuali missa

[c] Mauri mart. passio A] Mauri presb. et mart., IX lectionum B [6] [d] Wolricus... allodio A *om.* B [e] Marinus... missas AB.

[43] Vodorlico da Circhina can. di Aquileia (?). Aquileia, 1188: « Wolricus de Circulo, can. Aquil. » (DE RUBEIS, *MEA*, 634); Cividale, 20 gennaio 1191: « Wodorlicus de Circulo, can. Aquil. » (Cividale, *Pergamene Capitolari*, II, 90); Cividale, 4 gennaio 1201: « Wolricus de Circulo, can. Aquil. » (DE RUBEIS, *MEA*, 643; JAKSCH, *MHDC*, III, n° 1503).

[44] Ermanno, can. e tesoriere di Aquileia. Aquileia, 28 ottobre 1171: « Hermannus, thesaurarius (Aquil.) » (PASCHINI, *Un documento inedito del patriarca Vodolrico II*, « Memorie Storiche Forogiuliesi », 11, 1915, 56; WIESFLECKER, *Regesten*, n°258); Cividale, 1173: « Hermannus, thesaurarius Aquil. » (Cividale, *Pergamene Capitolari*, IV, 5; PASCHINI, *Patriarchi*, 145 n. 4); Padova, 3 aprile 1180: « Hermannus Aquil. thesaurarius » (ACU, *Fondo Bini*, Doc. Hist., IV, n° 34; DE RUBEIS, *MEA*, 620); Caorle, 24 ottobre 1183: « Hermannus diaconus thesaurarius (can. Aquil.) » (ACU, *Pergamene*, I, n° 19; PASCHINI, *Patriarchi*, 250; VALE, *Capitolo*, 40).

[45] VALE, *Topografia*, 13.

[46] VALE, *Topografia*, 7 n. 2; FRAU, *Toponomastica*, 7, s.v. « Andreas (S.) ».

[47] VALE, *Topografia*, 8.

[48] VALE, *Liturgia*, 373.

dicatur oratio pro peccatis videlicet « Pretende Domine famulo tuo », post ipsius vero vitam pro defuncto sac. cuius tamen vitam per longum Altissimus conservare dignetur. Amen [f].

[22] III. D. X KAL. CECILIE VIRG. ET MART. PASSIO. THEONISTI EP. ET SOCIORUM EIUS MART. PASSIO. [g]

Barnisana et Micul obierunt, pro quibus data fuit dimidiam marcham pro emendo allodio [h]. Henricus Pizul Pas obiit, qui dimisit annuatim fratribus XII den. super domo sua, ad hoc specialiter ut in anniversario suo ematur quartaria vini que propinetur in capitulo et in crastinum in missa III den. offerantur [i].

MCCCLXVII, providus et discretus vir Ancelotus de Cuchanea [49] mans. huius ecclesie Aquil. obiit, qui dimisit capitulo prebendam suam interiorem et exteriorem pro suo anniversario faciendo, que vendita fuit pro marchis *** [l].

[23] E. VIIII KAL. IN AQUILEGIA FELICITATIS MART. PASSIO. CLEMENTIS PAPE ET MART. PASSIO. [m]

MCCCXIIII, Martinus de Cavallo civis Aquil. obiit, qui dimisit capitulo XXIIII den. in redditibus, super domibus suis iuxta turrim Rene [50], ut fiat anniversarium suum cum vino et oblatione et cetera [n].

[f] MCCCCLX... Amen B [6] *om.* A [g] Cecilie... sociorum eius mart. passio AB [h] Barnisana... allodio A *om.* B [i] Henricus... offerantur AB [l] MCCCLXVII... marchis *** A [4] *om.* B [m] In Aquilegia... passio AB Felicitatis A] Felicitatis cum septem filiis B [n] MCCCXIIII... et cetera A [1] B.

[49] Lancellotto o Ancellotto da Cuccagna, mans. di Aquileia e arcidiacono della Carnia. 27 luglio 1354: « Ancellottus, mans. Aquil. » (ACU, *Fondo Bini,* Varia Doc. Antiqua, I, 1, f. 133r). Ricordato come arcidiacono della Carnia dal 1352 al 1358 (PASCHINI, *Carnia,* 185). Nel 1364 è incaricato dal patriarca Ludovico di pubblicare le indulgenze e raccogliere le elemosine per il restauro della basilica aquileiese (VALE, *Storia,* 63).

[50] VALE, *Topografia,* 16; FRAU, *Toponomastica,* 8, s.v. « Arena ».

MCCCCLXXXXVIII, die XXIII Novembris, obiit in Christo egregius vir ser Iohannes Petrus de Spoleto civis Aquil. et habitator apud ecclesiam antiquam et ruinatam S. Egidii extra civitatem Aquileie [51], et conductor seu affictualis rev. capituli Aquil. totius territorii vallis Stricte, excepta certa parte locata Iacobo et Zanino Fogariis, qui motu proprio augmentavit affictum dicti territorii de quatuor stariis frumenti ultra affictum prime conventum et cedi voluit post eius mortem prefato capitulo omnia melioramenta per eum facta in ipso territorio: que quidem staria IV frumenti, ipso petente et supplicante per prefatum capitulum deputata fuerunt pro hon(oranciis) s. Francisci confessoris et quod in crastinum dicti festi fieri debeat singulis annis anniversarium pro anima eius et suorum defunctorum, ut patet de ipso augmento et cessione in libro deliberationum [51 bis] sub die VIII Septembris 1496 [o].

[24] XI. F. VIII KAL. IN AQUILEGIA GRISOGONI MART. PASSIO.[p]

Anno Domini MCCXXXVIIII, VIII Kal. Decembris, Amicus de Grovanio can. Aquil. maioris ecclesie [52] dedit capitulo Aquil. X marchas Aquil. monete pro emendis reditibus, ad hoc specialiter ut festum Katerine virg. et mart. celebretur annuatim solempniter cum pleno officio in perpetuum [53], de quibus reditibus in vigilia dicte virginis ematur quartaria vini que propinetur in capitulo dominis et aliis clericis et in crastino III den. offerantur in conventuali missa; reliqui vero reditus sive den. inter can. qui ipsa die interfuerint officio dividantur [q].

MCCCXXI, Rantulfus dictus Grassinellus obiit, qui dimisit capitulo Aquil. XV marchas, de quibus emptus est dimidius

[o] MCCCCLXXXXVIII... Septembris 1496 B [6] *om.* A [p] In Aquilegia... passio AB [q] Anno Domini MCCXXXVIIII... dividantur AB.

[51] VALE, *Topografia*, 27-28; FRAU, *Toponomastica*, 28, s.v. «Zili».

[51 bis] ACU, *Acta Cap. Aquil.*, II, f. 116r.

[52] Amico da Gruagno, cappellano patriarcale e can. di Aquileia. Aquileia, 15 novembre 1191: «Amicus, capellanus dom. patriarche» (JAKSCH, *MHDC*, III, n° 1385).

[53] VALE, *Liturgia*, 373.

mansus in Morsano, qui solvit III staria et dimidium frumenti, IIII staria annone, III staria millei, III congios vini, XXIIII den., II gallinas, XX ova et unam spatulam in redditibus pro suo anniversario faciendo [r].

MCCCLVIII, ind. XI, Iohaninus de Cremona mans. huius ecclesie obiit, qui legavit capitulo Aquil., pro suo anniversario annuatim faciendo cum oblatione, frisachenses XL de censu Aquil. super campo uno infra portam de Fatiula [54], quem tenet Zaninus de Baiarzio et mansum unum situm in Bagnaria qui reddit annuatim staria VI frumenti, staria VIII avene, starium unum fabarum, starium unum siliginis, staria VIII milley, congios VI vini, frixachenses XXIIII et gallinas IIII cum ovis et prebendam suam interiorem et exteriorem que vendita fuit marchis *** [s].

[25] XIX. G. VII Kal. Katherine virg. et mart. [t]

In hoc festo dividatur dimidia marcha cum vino et oblatione et in missa conventuali dicatur specialis oratio pro anima dom. Amici [55] huius ecclesie canonici [u].

Agnesa obiit, que dedit fratribus domum que dat VIII denarios. Zota obiit, pro qua frater eius dimisit ecclesie pro emendo allodio unam marcham et pro anima patris et matris sue. Conradus filius dom. Folcherii obiit, qui dedit fratribus unum mansum apud Tropolic. Margareta soror Wolfrandi obiit, pro qua fratres habent VIII den. in Rospano. Mag. Pelegrinus archidiaconus Carniole [56] obiit, qui dedit fratribus VIII marchas pro emendo allodio [v].

[r] MCCCXXI... faciendo A [1] B   [s] MCCCLVIII... marchis *** A [4] B
[t] Katherine... mart. AB   [u] In hoc... canonici A [1] *om.* B   [v] Agnesa... allodio A *om.* B.

[54] Vale, *Topografia,* 4 n. 1; Frau, *Toponomastica,* 14, s.v. « Faytiula ».

[55] Amico da Gruagno, can. di Aquileia: Necrologio, 24 novembre.

[56] Pellegrino, mag., cappellano patriarcale e arcidiacono della Carniola. Duino, 7

Martussa obiit, que dimisit capitulo Aquil. in redditibus annuatim XVI den. super brayda, que fuit quondam Berardi in Murforato, pro suo anniversario faciendo singulis <annis> cum vino et oblatione. MCCCXXVII, ind. X, Katerina Tricula dedit capitulo unam marcham den. Aquil. ut emantur redditus pro eadem, de quibus redditibus mandavit fieri singulis annis eius anniversarium cum vino et oblatione et dum vixerit ponatur oratio pro peccatis in missa mayori et post eius mortem dicatur oratio pro defunctis [z].

[26] A. VI Kal. Commemoratio b. Clementis pape et mart. [a]

Hoc festum [57] s. Clementis statuit capitulum cum VIIII lectionibus perpetuo celebrari [b].

Artuicus Balbus obiit, qui totum allodium suum quod habebat apud S. Florianum fratribus dedit, ita quod heredes sui solvant annuatim in Assumptione s. Marie XII den. pro eodem allodio. Andreas de Wrosul obiit, pro quo fratres habent III den. de statione [c]. MCCCII, presb. Zeraldus mans. huius ecclesie [58] obiit, qui capitulo pro suo anniversario singulis annis

[z] Martussa... defunctis A [1] B [a] Commemoratio... mart. AB [b] Hoc festum... celebrari A [1] *om.* B [c] Artuicus... de statione A *om.* B.

marzo 1257: « mag. Pelegrinus, plebanus de Mengosburch, ven. dom. Gregorii patriarche capellanus » (ACU, *Fondo Bini,* Varia Doc. Antiqua, I, 2, p. 34); Cividale, 13 giugno 1258: « mag. Peregrinus, plebanus de Mergospurch, ipsius dom. patriarche capellanus » (ACU, *Fondo Bini,* Varia Doc. Antiqua, I, p. 40; Marchetti Longhi, *Registro,* 108, n° 114); Antro, 21 maggio 1265: « mag. Peregrinus, vicedominus dom. patriarche in Carniola » (Jaksch, *MHDC,* IV, n° 263; Marchetti Longhi, *Registro,* 156-57, n° 204a); Cividale, 12 dicembre 1267: « mag. Peregrinus, archidiaconus Marchie et Carniole » (ACU, *Fondo Bini,* Varia Doc. Antiqua, III, f. 112r; Paschini, *Gregorio di Montelongo,* «Memorie Storiche Forogiuliesi», 17, 1921, 68 n. 5). In Cividale, cod. C, f. 33r: « Mag. Pelegrinus archidiaconus Carniole (obiit) MCCLXXXXV » (25 novembre). Su di lui cfr. anche Paschini, *Raimondo della Torre,* 50 n. 1, 51 n. 1, 57-58 n. 4, 94 n. 2, 98 n. 5, 109 n. 2, 111 n. 2, 116 n. 3, 127 n. 1, 133 n. 3, 151 n. 7).

[57] Vale, *Liturgia,* 373.

[58] Zeraldo, mans. di Aquileia. Aquileia, 27 novembre 1274: « Zeraldus, presb. mans. » (ACU, *Pergamene,* I, n° 15).

faciendo prebendam suam interiorem et exteriorem legavit, que vendita fuit pro XII marchis et L denariis [d]: pro quibus empti <sunt> in Percocto IIII staria frumenti, IIII staria annone, II staria et II pisonalia millei et unum congium et dimidium vini, XIIII den. et II gallinas cum ovis [e].

MCCCCLXXXXII, die XXVI Novembris, obiit in Christo rev. dom. Butius de Palmulis decretorum doctor, huius sancte ecclesie metropolitane can. [59], qui legavit capitulo ducatos L pro emendis redditibus, distribuendis in eius anniversario singulis annis in perpetuum fiendo, ut moris est, prout de ipso legato patet eius ultimo testamento scripto manu egregii ser Pauli Sanctonini civis Utinensis [60], die XXV dicti mensis. Pro quo anniversario cum ducatis XL francatum fuit per capitulum livellum stariorum trium frumenti et stariorum II avene, quod solvebatur nobili ser Georgio quondam ser Iohannis Blasii de Cormono super uno suo manso sito in Farra, ut de livellatione patet manu quondam presb. Pallandi de Farra mans. Aquil. et not. publici, sub die penultimo Decembris 1490; de francatione vero manu egregii ser Nicolai a Fornace not. Utinensis, sub die VII Maii 1494. Item [f].

## [27] VIII. B. V KAL. IACOBI INTERCISI MART. [g]

Antonius de Morsano diaconus can. S. Felicis obiit, qui dedit capitulo annuatim in redditibus dimidiam marcham de domibus quondam Zanetti calcificis et domos suas in quibus morabatur cum curia orto et campo et omnibus pertinenciis suis, <que> date et vendite sunt pro VIIII marchis et dimidia mag. Egidio fisico [61] ad censum Aquil. salvo iure Monasterii S. Marie Aquil. et S. Iohannis, solvendo singulis annis ipsi capitulo XV libras

[d] MCCCII... denariis AB [e] pro quibus empti... ovis *add.* A[1]B
[f] MCCCCLXXXXII... 1494. Item B[6] [g] Iacobi intercisi mart. A[1] *om.* B.

[59] Buccio de Palmulis, dottore in decreti, can. di Aquileia. Su di lui: VALE, *Storia*, 67.

[60] Paolo Santonino, notaio: Necrologio, 6 settembre.

[61] Egidio da Cremona, mag., fisico di Aquileia: Necrologio, 11 gennaio.

den. Aquil. monete, de quibus VIIII marchis et dimidia empti sunt tales reditus, videlicet de orto Iacobi de Bononia sitto ex Illa Ripa [62] III den.; ita de domo Zanutti de S. Stephano iacente in Fossula [63] VI den.; item de campo dom. Razonis de Tapolliano ultra Muruzolium [64] XI den.; item dimidiam marcham de domibus Dominici Pidernie ante cellarium capituli; item XXIIII den. de domo Petri Tombacelli [h] et super mansis Morsani II staria frumenti, unum congium vini, unum starium annone, VIII den., II gallinas cum ovis XX [i]. Galenganus obiit, qui dedit fratribus unam marcham pro emendo allodio [l].

MCCCLXXXVI, Iohannes de Cucanea mans. Aquil. ordinavit et consignavit capitulo de residencia sua frixacenses XL, ad hoc specialiter ut singulis annis fiat festum s. Iacobi intercisi cum VIIII lectionibus [65] et in missa ponatur spetialis oratio pro salute sua et quod dappifer capituli teneatur dictos XL frixacenses dividere inter presentes tantum, quos si ipse dappifer non divideret in II vesperis, ipsa ordinatio nulla fit [m]. Nulla fit [n].

[28] C. IIII Kal. Sostenes discipuli apostolorum. [o]

Leonardus filius dom. Regnardi de Brazacho [66] obiit, qui dedit fratribus XX den. de manso qui est apud Alni [p].

Iacumuscius frater Michiluti calcificis obiit, pro quo idem Michiluttus fratribus dedit XVII den. super domo et curia Willionis calcificis, ad hoc ut singulis annis in suo anniversario

[h] Antonius... Tombacelli AB de Tapolliano A] de Topoliano B [i] et super mansis Morsani... ovis XX *add.* A [1] B [l] Galenganus... allodio A *om.* B [m] MCCCLXXXVI... nulla fit A [4] *om.* B [n] Nulla fit *add.* a.m. [o] Sostenes... apostolorum AB [p] Leonardus... Alni A *om.* B.

[62] Vale, *Topografia*, 20.

[63] Vale, *Topografia*, 13.

[64] Vale, *Topografia*, 29; Frau, *Toponomastica*, 19, s.v. « Muruzolium ».

[65] Vale, *Liturgia*, 373.

[66] Rinaldo da Brazzacco, can. di Aquileia: Necrologio, 12 gennaio.

propinetur in capitulo una quartaria boni vini et in crastinum III den. offerantur; reliqui vero sint ad usus fratrum [q].

MCCCC, die XXVIII Novembris, obiit in Domino dom. Clara quondam Guidonis de Flumisello, pro qua ven. vir dom. Stephanus de Oliva decanus S. Felicis dedit capitulo Aquil. den. marchas VI et den. LXIIII, pro quibus statuit dictum capitulum de bonis ipsius capituli in perpetuum dividi in dicto anniversario cum oblatione inter presentes den. C [r].

[29] XVI. D. III KAL. SATURNINI, CRISANCI MART. [s] DINE VIRG. [t]

Wolricus Luof obiit, pro quo fratres habent VIII den. in Rospano. Dom. Gerdrudis obiit, pro qua Iohannes eius filius dedit fratribus IIII den. super domum suam. MCCLXXX [...] pro suo anniversario faciendo ordinavit emi reditus LX den. capitulo Aquil. per suos heredes [...] dicto anniversario cum vino et oblatione [u].

MCCCXL, Henricus dictus Brandulinus de Citadella [67] mans. custos et scolasticus ecclesie Aquil. obiit in Domino, qui dimisit capitulo Aquil. prebendam suam interiorem et exteriorem pro suo anniversario faciendo ut <moris est> [v].

[30] V. E. II KAL. NAT. S. ANDREE AP., PASSIO. [z]

MCCCXLV, Iohannes quondam dom. Guillemi Picossi de Aquilegia obiit, qui legavit capitulo Aquil. pro emendis redditibus et anniversario eius fiendo, ut est moris, marchas V den. super bonis suis [a].

[q] Iacumuscius... fratrum AB [r] MCCCC... den. C A [4] B [6] [s] Saturnini... mart. AB [t] Dine virg. A *om.* B [u] Wolricus... et oblatione A *om.* B [v] MCCCXL... <moris est> A [4] *om.* B [z] Nat. s. Andree ap. passio AB [a] MCCCXLV... suis A [4] *om.* B.

[67] Enrico Brandolini da Cittadella, mans. e scolastico di Aquileia. Aquileia, 13 febbraio 1324: « Henricus dictus Brondolinus, mans. ecclesie Aquil. » (ACU, *Fondo Bini,* Varia patr. Aquil., I, ff. 243r-244v; BIANCHI, *Documenti,* n° 369).

MCCCLXXIX, Marcus piscator obiit, qui legavit capitulo Aquil. pro emendis reditibus, pro anniversario suo faciendo ut moris est capituli, marchas V den., quas V marchas Fumine uxor dicti Marci dedit et posite sunt in camera in capsa capituli [b].

MCCCCVIII, ind. I, obiit dom. Chumina uxor olim Odorici Pichignani, que pro anime sue remedio dedit capitulo Aquil. marchas V soldorum, ad hoc specialiter ut fiat singulis annis anniversarium eius per dictum capitulum ut est moris et dicte V marche statim date et consignate fuerunt dom. Federico decano canonicorum [68] et capitulo per Zaninum et Stephanum dicte domine Cumine nepotes, et ipso die dicti domini easdem pecunias posuerunt in capsa camere in sacristia maiori, me Ioachino de Merlatis presente [c].

[b] MCCCLXXIX... capituli A [4] *om.* B [c] MCCCCVIII... presente B [6] *om.* A.

[68] Federico da Polcenigo, dottore in decreti, decano di Aquileia. Aquileia, 18 marzo 1396: « Federicus de Pulcinicho, decretorum doctor, decanus » (ACU, *Acta Cap. Aquil.*, I, f. 11v); Aquileia, 23 aprile 1397; « dom. Federicus decanus » (VALE, *Storia,* 65 n. 2); Aquileia, 1 febbraio 1400: « Federicus de Pulcinicho decanus et decretorum doctor» (ACU, *Acta Cap. Aquil.,* I, f. 17v); Aquileia, 6 luglio 1412: Federico da Polcenigo decano, assieme ai canonici Giovanni Manco da Napoli e Filippo Fontanelli, è delegato a eleggere il nuovo patriarca (PASCHINI, *Storia,* II, 310).

## DECEMBER HABET DIES XXXI, LUNA XXIX.

[1] F. KAL. DECEMBRIS. ELEGII EP. ET CONF. [a]

Dom. Henricus de Remberch et Maria uxor eius obierunt, qui X marchas capitulo dederunt. Mag. Iohannes medicus et can. [1] obiit, pro quo fratres habent ciffum argenteum. Widinus obiit, qui dedit fratribus II mansos apud Provesan [b]. Presb. Henricus de Pagnacho Aquil. mans. obiit MCCXCVIIII, II die intrante Ianuario, qui dimisit capitulo reditus unius marche annuatim super domibus suis curia et broylo et prebendam suam interiorem et exteriorem [c], pro quo habemus III staria et dimidium frumenti, II congios et dimidium vini, V staria millei, V staria annone, XVIII den., unum edum, unam spatulam, III gallinas cum ovis [d].

Hic fit anniversarium nobilis quondam dom. Leonardi de la Fratina, quod fieri debeat bis in mense incipiendo a mense Novembris et sic successive usque per totum mensem Aprilis, iuxta deliberationem ven. capituli [e].

[2] XIII. G. IIII NON. VIVIANE VIRG. ET MART. [f]

Dom. Picossius obiit, pro <quo> habemus super mansis Morsani unum starium frumenti, unum congium vini, unum starium millei [g].

[a] Elegii... conf. AB [b] Dom. Henricus... apud Provesan A *om.* B [c] Presb. Henricus... exteriorem AB [d] pro quo... ovis *add.* A [1] B [e] Hic fit... capituli B [3] *om.* A [f] Viviane... mart. AB [g] Dom. Picossius... millei A [1] B.

[1] Giovanni, mag., medico, cappellano patriarcale e can. di Aquileia. Aquileia, 19 novembre 1189: « Iohannes medicus, capellanus (patriarche) » (WIESFLECKER, *Regesten,* n° 290); Cividale, 22 marzo 1193: « mag. Iohannes, capellanus dom. patriarche » (BCU, ms. 1225, n° 16). E' lo stesso Giovanni che in qualità di notaio sotto-

MCCCLXX, Bassanus de Osnago mans. Aquil. et plebanus S. Petri ultra Isuncium [2] obiit, qui dimisit capitulo pro anniversario suo singulis annis faciendo, ut moris est, den. XL super domum suam in qua morabatur [h].

[3] II. A. III Non. Petri ep. et conf. vita. Soli conf. [i]

Isingart mater Mukette obiit, que dedit fratribus unam marcham pro emendo allodio. Brunissa uxor Petri mutarii obiit, que dimisit fratribus X den. super domum unam in Montono [3]. Item Siria Vindiula obiit, que dimisit pro anima sua et parentum suorum dimidiam marcham pro emendo allodio [l].

MCCCVII, Richerius monacus huius ecclesie obiit, pro quo habemus redditus XVI den. pro suo anniversario faciendo cum vino et oblatione [m]. MCCCXXXVII, V ind., Hermannus mans. huius ecclesie obiit, qui dimisit prebendam suam capitulo que vendita fuit, de qua habite sunt marche VIII et frixachenses LIIII, de quibus empti sunt redditus super manso de Ronchetis empto ab Antonio de Castello: starium unum et dimidium frumenti, starium unum annone, starium unum milley, congium unum vini, gallinas II cum ovis XX [n].

MCCCXLV, Franciscus quondam dom. Cumusii obiit, pro cuius anima dom. Hermannus de Glemona can. Aquil. promisit dare capitulo solidos X grossorum et donec dederit dictos den. aut dederit frixachenses XXXII reddituum in bono loco annuatim, se daturum XXX frixachenses, donec consignaverit

[h] MCCCLXX... morabatur A [4] B [i] Petri... Soli conf. AB [l] Isingart... allodio A *om.* B [m] MCCCVII, Richerius... et oblatione A [1]] Richerius... et oblatione, qui viam universe carnis ingressus est MCCCVII B [n] MCCCXXXVII... ovis XX A [1] B.

scrive un documento patriarcale datato Sacile, 8 febbraio 1195 (Wiesflecker, *Regesten,* n° 302; cfr. Biasutti, *Cancellieri,* 31)?

[2] A. 1360: « Bassanus de Osnago, caniparius Aquil. », gastaldo di Saciletto e Fiumicello (Leicht, *Parlamento,* p. CLXXXVII).

[3] Vale, *Topografia,* 15.

supradictum reditum pro anniversario predicti Francisci faciendo annis singulis cum oblatione [o].

Anno Domini MCCCCLIII, ven. et circumspectus vir dom. Iohannes de Zucho huius alme ecclesie necnon et Civitatensis can., circha dilluculum ad Christum migrando, suam diem clausit extremam, qui pro anima sua huic capitulo ven. Aquil. legavit soldorum marchas XX pro redditibus emendis, ut annuatim suum anniversarium fiat solemniter et devote, ut apparet manu presb. Petri de Glemona nepotis dom. Dominici de Glemona [4] not. capituli Aquil. et can. eiusdem ecclesie [p].

[4] X. B. II Non. Barbare virg. passio. [q]

Henricus [5] dux et advocatus obiit, qui placitum advocatie fratribus dedit: « Notum sit omnibus Christifidelibus qualiter ego Henricus dux placitum advocatie canonice Aquilegensis ecclesie, pro mea anima et Leonarde uxoris mee, S. Marie et fratribus hiis coram clericis et laycis conlaudante et confirmante dom. Wodolrico patriarcha [6] fratre meo dederimus eo tenore, videlicet ut semper in festivitate Omnium Sanctorum optimum servicium canonicis hiis in vita mea de reditibus dicte canonice fideliter amministretur et centum pauperes pascantur, post mortem vero meam in meo anniversario totum istud supradictum adimpleatur » [r].

MCCCXXVII, Michus de Florentia [7] et Mapheus not. [8] civis

[o] MCCCXLV... oblatione A [4] B de Glemona B *om.* A [p] Anno Domini MCCCCLIII... ecclesie B [6] *om.* A [q] Barbare virg. passio AB [r] Henricus... adimpleatur AB.

[4] Domenico da Gemona, can. e notaio del capitolo di Aquileia: Necrologio, 3 gennaio.

[5] Enrico di Eppenstein, duca di Carinzia e avvocato della chiesa di Aquileia († 1122): Introduzione, cap. I, n. 19-26.

[6] Vodolrico I, patriarca di Aquileia: Necrologio, 13 dicembre.

[7] Micco da Firenze. Aquileia, 11 maggio 1317: « Michus qui fuit de Florentia, filius quondam Sinibaldi, nunc habitans Aquilegie » (Bianchi, *Documenti*, n° 31). Su di lui cfr. anche: Introduzione, cap. III, n. 27.

[8] Maffeo di Biagio da Aquileia, notaio: Necrologio, 7 febbraio.

Aquil. ordinaverunt fieri festum beate Barbare solempniter cum chorariis et pulsatione organorum [9], pro quo dare promiserunt capitulo Aquil. fortones III et frixachenses XX hoc ordine dividendos, scilicet quod IIII dentur campanariis, IIII pueris laborantibus circa paganos, IIII dapifero pro labore suo, prebendariis et omnibus capellanis tunc existentibus in ecclesia, scilicet S. Ambrosii, SS. Virginum, S. Petri, SS. Hellari et sociorum et S. Pauli, qui interfuerint primis vesperis et secundis et matutinali officio duos pro unoquoque et VI ministris celebrantibus missam mayorem et II frixachenses maioribus clericis; reliqui vero den. qui supererint dividantur more solito inter confratres et tercia oratio de eorum vita ponatur scilicet «Pretende Domine fidelibus tuis » vel « Omnipotens sempiterne Deus qui » et post decessum eorum ponatur oratio pro defunctis in missa conventuali. Pro parte quorum reddituum Mapheus not. deputavit XVIII frixachenses de proprietate sua fratribus annuatim super domibus que fuerunt Vincentii, situatis in contrata S. Andree [s].

[5] C. NONE. DALMATII MART. [t]

Manuel obiit, qui dimisit fratribus censum IIII den., quos Cyriol persolvere debet. Tavanus obiit, qui dimisit fratribus unam marcham pro emendo allodio [u]. Romeya uxor Blasutti calcificis obiit, que dedit fratribus XVI den. in reditibus super quadam domo ipsius Blasutti, sitta iuxta flumen Natisse [10], ad hoc ut de ipsis den. in suo anniversario singulis annis III den. offerantur in missa conventuali et cum residuo ematur vinum ad propinandum dominis et clericis in capitulo ut fieri consuevit [v].

[s] MCCCXXVII... S. Andree A [1] *om.* B [t] Dalmatii mart. AB [u] Manuel... allodio A *om.* B [v] Romeya... consuevit AB.

[9] VALE, *Liturgia*, 373.

[10] VALE, *Topografia*, 20.



Pianta della Città d'Aquileja, reedificata nel 1028. dal Patriarca Poppone, giusta il disegno a penna di D. Antonio Gironcoli Mansionario della Metropolitana Chiesa d'Aquileja, copiata, migliorata, ed accresciuta con più aggiunte dal Can.co Giandomenico Bertoli, e da lui dedicata
di Monsig. Conte Giambattista Cantucio degnissimo Decano del Capitolo d'Aquileja.
Palludi
Fossa
Porta di Baltyna
della Città
Ramo del Fiume Natissa
Porta dell' Ospitale
Natissa
Piazza della Pescheria
Piazza di S. Giovanni
Porta de molino
Ponte dalle Vergini
Scala geometrica di passa num. 200.
Arma della Città d'Aquileja copiata da un antico Sigillo di bronzo esistente nel Museo del fu Padre Granelli della C. di Gesù in Vienna
1. Santa Chiesa Metropolitana d'Aquileja fabbricata dal Patriarca Poppone.
2. Battisterio antico, detto Chiesa de' Pagani.
3. Campanile con scala a lumaca interna di bella architettura di pietra riquadrata, alto in tutto passa 40.
4. Mura del Patriarcato alte passa 6. con due colonne alte passa 4.
5. Campanile dell'orologio con alquante muraglie di Palazzo antico.
6. Chiesa de SS. Ilario Taciano.
7. Ospitale de' poveri et infermi.
8. Torre Capitolare, ora Savorgnana, alta passa 14. con alqunte mura di Palazzo, et altra Torre diroccata.
9. Capella detta S. Antonio.
10. Chiesa de SS. Felice e Fortunato con campanile alto passa 12.
11. Vestigie ove era la Torre dell' Arena.
12. Mura con terrapieno di un forte dell' antica Aquileja.
13. Chiesa sacramentale detta san Giovanni.
14. Palazzo del Vicecapitanio, sive del Giudice della Città.
15. Capitello della B. V. e di San Rocco.
16. Chiesa scoperta detta S. Anto.
17. Alcune Mura dell' antica Città, sopra le quali è il recinto della presente fabbricato dal Patriarca Poppone.
18. Capitello delle quattro Sante Vergini d'Aquileja, Eufemia, Dorotea, Tecla et Erasma, ove eravi una torre in cui furono martirizzate.
19. Arco sopra del fiume Natissa con un pezzo di Muraglia della Città.
20. Molino sopra un ramo del fiume Natissa.
21. Prospettiva interna di un lato della S.a Chiesa metropolitana.
22. Prospettiva del Campanile.
23. Scala Geometrica per uso delle sud.e due prospettive.
24. Casa concessa dal Capitolo per abitazione perpetua del Decano del Capitolo.
25. Casa concessa dal Capitolo per abitazione perpetua del Vicario Imperiale.
26. Casa, in cui il Can.co Bertoli ha eretto un Museo di lapide antiche.
27. Casa concessa dal Capitolo per abitazione perpetua de' Mansionarj.
28. Granajo, e Caneva Capitolare.
29. Sito, dove trovossi nel 1746 un grandissimo num. di medaglie

XXIX. Pianta di Aquileia di Gian Domenico Bertoli: Udine, Archivio capitolare. (Ridotta).

[6] XVIII. D. VIII IDUS. NICOLAI EP. ET CONF. VITA.[z]

Pelegrinus de Rota obiit, qui dimisit fratribus VI den. super domum Petri[11] Sapientis[a]. Anno Domini MCCC, qui annus et quilibet centessimus iubileus appellatur apud modernos, apud vero antiquos in Veteri Testamento, scilicet in Levitico libro, erat quilibet quinquagessimus, in quo quilibet qui fuit sive erit deinceps in Urbe per quindenam visitans basilicas Apostolorum Petri et Pauli omnium suorum consecutus fuit et erit veniam peccatorum, ven. vir dom. presb. Conradus bone memorie qui fuit de Manzano, decanus S. Fellicis, mans. et custos huius ecclesie, predicto anno in prefatta urbe Romana decessit et iacet penes memoratam basilicam beati Petri principis Apostolorum, qui in suo testamento pro suo anniversario singulis annis faciendo, nobis decano et capitulo Aquil. prebendam suam interiorem et exteriorem legavit, ad hoc ut de fructibus dicte sue prebende per suos fideicomissarios emantur redditus, de quibus primo post primas vesperas propinetur dominis et clericis in capitulo, in crastinum III den. offerantur in missa et reliqui, ut moris est, ipso die dividantur inter dominos et mans. quos officio ipsius anniversarii contigerit interesse pro fructibus seu proventibus: cuius prebende reditus infrascripti sunt empti[b], videlicet super manso Percoti III staria et II pisonalia frumenti, III staria et II pisonalia annone, unum starium et II pisonalia millei, unum congium et dimidium vini, X den., unam gallinam et X ova[c]. MCCXCVII, Iulianus prebendarius S. Marie Aquil. obiit, qui dimisit fratribus singulis annis reditus XLV den. in Marignana[12]: videlicet super vineam Meynardi Casarolis XIIII den., super vineam Nicolai de la Rosa iuxta eandem vineam XII den., super vineam Bertolotti dicti Nevot XII den. et super terram Radii VII den. ad hoc ut singulis annis in suo anniversario ematur una quartaria vini, que propinetur in capi-

[z] Nicolai... vita AB [a] Pelegrinus... Sapientis A *om.* B [b] Anno Domini MCCC... empti AB [c] videlicet... ova *add.* A [1] B.

[11] Pietro Sapiente: Necrologio, 6 marzo. [12] VALE, *Topografia*, 28.

tulo et in crastino III den. offerantur in conventuali missa, in qua quidem missa semper specialis dicatur oratio pro anima matris ipsius Iuliani; reliqui vero den. ipso die inter presentes dividantur iuxta consuetudinem hactenus approbatam [d].

Ven. presb. Nicolaus quondam mag. Gregorii molendinarii de Utino, alias mans. in sancta Aquil. ecclesia, reparavit domum tunc sue habitationis sitam super murum Cimiterii eiusdem ecclesie et partim sub bogolariis, ita quod post resignationem domus predicte et sue mansionarie quibus renunciavit, rev. capitulum ipsius ecclesie domum ipsam locavit ultra solitum affictum precio unius marche den.; quo quidem presb. Nicolao humiliter petente, ex decreto prefati capituli marcha ipsa deputata fuit pro festo denariorum singulis annis sancti Nicolai celebrando [13] et quod in missa dicatur in vita sua oratio pro salute ipsius, post mortem vero suam in dicto festo dicatur oratio pro sac. defuncto, et hoc fuit in 1499, die XVI Aprilis [e].

[7] VII. E. VII Idus. Ambrosii conf. atque pontificis. [f]
Octava s. Andree. [g]

Megnardus Tirlei obiit, qui auxit fratribus VI den. super domo sua [h]. Wolricus mans. [13 bis] obiit, qui dimisit fratribus LX den. super domo quam mag. Willelmus [14] et Bonaventura mans. tenet et prebendam suam, ad hoc specialiter ut festum Conceptionis s. Marie virg. sollempniter celebretur [15] et in prima vespera ematur quartaria vini que propinetur dominis et clericis

[d] MCCXCVII... approbatam AB [e] Ven. presb. Nicolaus... XVI Aprilis B [6] *om.* A [f] Ambrosii... pontificis AB [g] Octava s. Andree A *om.* B [h] Megnardus... domo sua A *om.* B.

[13] Vale, *Liturgia*, 373.

[13 bis] « In festo vero Conceptionis b. Virginis Marie pro domino Wolrico quondam can. Aquil. dividatur secundum quantitatem reddituum inventorum, qui dimissi sunt per dictum dominum Wolricum, de hiis que haberi possunt, videlicet VII libre et dimidia cum vino et oblatione » (*Ordinationes per decanum et capitulum facte*: Appendice II).

[14] Guglielmo, mag., mans. di Aquileia: Necrologio, 4 marzo.

[15] Vale, *Liturgia*, 373.

in capitulo, in missa offerantur III den. et dicatur oratio pro anima ipsius et dividantur LX den. inter can. et mans. qui eodem die interfuerint officio cum vino et oblatione [i].

[8] F. VI IDUS. CONCEPTIO GLORIOSE VIRGINIS MARIE. ZENONIS EP. ET CONF. VITA. [l]

Adalerus obiit, qui dedit fratribus unam vineam et II agros apud Lunzenichum. Elica caniparia dom. Leonardi thesaurarii [16] obiit, que dimisit fratribus unam marcham pro emendo allodio [m].

MCCCVIII, Leonardus de Fagedis [17] obiit, qui dimisit capitulo unam marcham in redditibus super prato maiori pro suo anniversario faciendo. MCCCXXI, item Gerardus mans. Aquil. obiit, qui dimisit capitulo prebendam interiorem et exteriorem, que vendita fuit pro marchis ***, de quibus empta est dimidia marcha annuatim in redditibus super domibus Gaspari Brugni [18]. Item [n].

[9] XV. G. V IDUS. SIRI CONF. VITA. [o]

Wodolricus pius prepositus [19] obiit, qui duos mansos fratribus dedit. Meregart uxor Fereret obiit, que dedit fratribus pro se et marito suo et parentibus suis de domibus Martini apud Fossulam XII den. et de curia Mossonis quondam Iudei IIII

[i] Wolricus... oblatione AB [l] Conceptio... vita AB [m] Adalerus... allodio A *om.* B [n] MCCCVIII... Brugni. Item A [1] B [o] Siri conf., vita A] Siri ep. et conf., vita B.

[16] Leonardo, can. e tesoriere di Aquileia, can. di Cividale: Necrologio, 6 novembre.

[17] Leonardo da Faedis, can. di Aquileia. Udine, 3 settembre 1301: « Leonardus de Fagedis, can. Aquil. » (ACU, *Fondo Bini,* Doc. varia, p. 567; cfr. BIANCHI, *Indice,* n° 877); Aquileia, 16 novembre 1304: « Leonardus de Fagedis, can. Aquil. » (ACU, *Pergamene,* II, n° 51); Aquileia, 4 febbraio 1307: «Leonardus de Fagedis, can. Aquil.» (ACU, *Fondo Bini,* Varia patr. Aquil., I, f. 211v; cfr. BIANCHI, *Indice,* n° 978).

[18] Gaspare Brugni da Carate, mans. di Aquileia: Necrologio, 27 ottobre.

[19] Vodolrico, preposito di Aquileia: Introduzione, cap. II, n° 19.

denarios. Artuicus puer obiit, qui dedit fratribus IIII denarios. Rosso camerarius obiit, qui terram sittam ante curiam Iohannis de Rena fratribus dedit [p].

MCCCVIII, mag. Maninus can. huius ecclesie [20] obiit, qui dimisit capitulo III fortones in redditibus super domo sua sita iuxta cellarium capituli pro suo anniversario faciendo [q].

MCCCLXVI, ind. IIII, die VIII Decembris, Vidonus de Castiglono civis Aquil. obiit, qui legavit capitulo marchas V solidorum, quas capitulum ab eius uxore recepit et repositi sunt in camera in capsa capituli pro emendo alodio et fiendo singulis annis eius anniversarium cum oblatione ut moris <est> [r].

## [10] IIII. A. IIII Idus. Eulalie virg. [s]

Bicinus obiit, pro quo fratres habent VIII den. super campum Reynardi de Circulo. Ermiza filia Wecelloni de Villa Nova obiit, pro qua idem Wecello auxit fratribus VIII den. super censum cuiusdam stationis, quam antea per ecclesiam possidebat, que sitta est ex obposita parte ecclesie S. Iohannis [21]. Almaricus stationarius obiit, pro quo fratres habent VIII den. super

[p] Wodolricus... dedit A *om.* B [q] MCCCVIII... faciendo A [1] B
[r] MCCCLXVI... moris <est> A [4] *om.* B [s] Eulalie virg. AB.

[20] Manino Gunri da Cremona, mag., cappellano patriarcale, can. di Aquileia e di Cividale. Aquileia, 3 gennaio 1294: « Maninus, can. Civitatensis » (Paschini, *Raimondo della Torre,* 113 n. 2; Bianchi, *Indice,* n° 681); Aquileia, 12 gennaio 1294: « Maninus, can. Aquil. » (Paschini, *Raimondo della Torre,* 114); Sorfenberch, 29 maggio 1297: «mag. Maninus, can. Aquil.» (ACU, *Fondo Bini,* Varia Doc. Antiqua, I, 2, p. 108); Cividale, 17 giugno 1297: il patriarca Raimondo conferisce la pieve di S. Pier d'Isonzo « mag. Manino de Gunris de Cremona, eius capellano » (ACU, *Fondo Bini,* Varia Doc. Antiqua, I, 2, p. 110); Aquileia, 8 aprile 1299: « mag. Ruonanus dictus Maninus, can. Aquil. » (De Rubeis, *MEA,* 803); Aquileia, 7 febbraio 1207: « mag. Humanus (sic) dictus Maninus, can. Aquil. » (ACU, *Fondo Bini,* Varia patr. Aquil., I, f. 213r); Padova 27 maggio 1308: « Maninus Aquil. can., vicarius ven. patris dom. Pagani Dei et apostolica gratia ep. Paduani » (Posenato, *Dottori e studenti,* 53 n° 31 bis); Padova, 24 luglio 1308: « mag. Maninus, Aquil. can. » (Bianchi, *Documenti,* n° 5; Gloria, *Monumenti,* II, n° 162).

[21] Vale, *Topografia,* 11.

vineam quam tenet dom. Morettus. Morettus de Flordibella obiit, qui dedit fratribus II marchas pro emendo allodio [t].

MCCCXLIII, Dominica dicta Slussa obiit, que legavit capitulo marchas duas cum dimidia den. Aquil., ad hoc ut emantur redditus pro suo anniversario annis singulis fiendo, quas duas marchas cum dimidia den. Philippussius mans. Aquil. in presencia dom. Ambrosii vicedecani [22], Philippini[23], Pagani et Iohannis canonicorum de la Turre [24] et capituli fuit confessus et contentus in depositum apud se habere et constituit se principalem de predictis [u].

MCCCCXXVII, die X mensis Decembris, ven. ac religiosa domina, dom. Clara de Trichano abbatissa Monasterii maioris Aquil. obiit in Christo, que dedit capitulo Aquil. pro suo anniversario annuatim fiendo marchas *** [v].

## [11] B. III Idus. Damasi mart. [z]

Abundancia et Gisla sorores obierunt, que dederunt fratribus vineam unam in Cormono. Naduich mater Conradi Swevi [25] obiit, pro qua fratres habent VII den. de terra Kadelech. Elica filia Parsie obiit, pro qua fratres habent VI den. de domo sua. Radivus presb. et mans. obiit [a]. Dom. Palma de Saciletto uxor quondam Iohannis de Topolliano obiit, que dedit fratribus

[t] Bicinus... allodio A *om.* B [u] MCCCXLIII... predictis A [4] *om.* B [v] MCCCCXXVII... marchas *** B [6] *om.* A [z] Damasi mart. AB [a] Abundancia... obiit A *om.* B.

[22] Ambrogio della Torre, can., vicedecano e tesoriere della chiesa di Aquileia: Necrologio, 8 febbraio.

[23] Filippino da Farra di Milano, can. di Aquileia: Necrologio, 14 giugno.

[24] Pagano e Giovanni della Torre, canonici di Aquileia. Aquileia, 24 giugno 1363: « Paganus et Iohannes fratres de la Turre, canonici Aquil. » (ACU, *Pergamene*, III, n° 65); Aquileia, 5 aprile 1379: « Iohannes senior et Iohannes iunior ambo de la Turre...: Iohannes quondam Phebusini et Iohannes quondam Antonioli de la Turre, canonici Aquil. » (ACU, *Pergamene*, IV, n° 31). Per Pagano della Torre cfr. anche Necrologio, 4 gennaio.

[25] Corrado Svevo, can. di Aquileia: Necrologio, 16 ottobre.

XLII den. in redditibus super domibus Arthusii mans.[26], ad hoc ut in suo anniversario propinetur in capitulo et III den. offerantur in missa conventuali; residui vero inter can. et mans. qui erunt presentes ipso die fideliter dividantur[b].

[12] XII. C. II IDUS. DONATI ET ALIORUM XXIIII.[c]

Almingarda uxor Vidiani carnificis obiit, pro qua fratres habent et pro filio unum macellum de quo dantur VIII denarii[d].

[13] I. D. IDUS. LUCIE VIRG. ET MART. PASSIO.[e]

In hoc festo sancte Lucie dividantur XII libre cum vino et oblatione et in conventuali missa dicatur specialis oratio pro anima mag. Willelmi[27]. Item in sequenti die fiat anniversarium dicti mag. Willelmi, in quo quidem anniversario etiam tantumdem dividatur; item pro eius anima fiat elimosina integra de cellario capituli[f].

Volricus patriarcha[28] obiit, qui decimas Subsilve fratribus dedit et iacet ***[g].

[b] Dom. Palma... dividantur AB [c] Donati... XXIIII AB [d] Almingarda... denarii A *om.* B [e] Lucie... passio AB [f] In hoc festo... capituli A[1] B [g] Volricus... iacet *** A *om.* B.

[26] Artusio da Lienz, mans. di Aquileia: Necrologio, 26 luglio.

[27] Guglielmo, mag., can. e scolastico di Aquileia: Necrologio, 23 marzo.

[28] Vodolrico I di Eppenstein, patriarca di Aquileia dal 1086 al 1121 (UGHELLI, *Italia sacra,* V, 58-60; DE RUBEIS, *MEA,* 541-57; CAPPELLETTI, *Chiese,* VIII, 195-232; PASCHINI, *Vicende del Friuli,* 277-91; 333-44; ID., *Storia,* I, 225-29; SCHMIDINGER, *Patriarch,* 166). Sul testo del Necrologio: DE RUBEIS, *MEA,* 557; PASCHINI, *Vicende del Friuli,* 343 n. 4; VALE, *Capitolo,* 10; ID., *Storia,* 58. Vodolrico è ricordato lo stesso giorno anche dai Necrologi di Rosazzo («Wodalricus patriarcha»: JOPPI, *Necrologium,* 19), S. Gallo in Svizzera (« Vodalrici abbatis huius loci et Aquil. patriarche: *MGH, Necr. Germ.,* I, 486), Mehrerau (« Udalricus abbas »: *MGH, Necr. Germ.,* I, 152). « Id. Decembris, Ulricus patrarcha obiit, qui VIII massaricias in villa Banaria cum II molendinis et in villa S. Andree VI massaricias et decimas ville que dicitur Subsilva et I curiam Aquilegie canonicis dedit, III etiam

[14] E. XVIIII Kal.

Bonettus de Gonars civis Aquil. obiit, qui dimisit capitulo redditus XXIIII den. super domibus suis apud S. Andream [29], ad hoc ut capitulum teneatur facere anniversarium eius, in quo quidem anniversario in prima vespera ematur una quartaria vini boni que propinetur dominis et clericis in capitulo et III den. offerantur in conventuali missa; residui vero den. inter presentes proporcionaliter dividantur [h].

Hic fit anniversarium nobilis quondam Leonardi de la Fratina, quod fieri debeat bis in mense, ut premissum est iuxta deliberationem capituli [i].

[15] IX. F. XVIII Kal. Faustini mart. [l]

Magtildis mater Telleghini obiit, pro qua fratres habent VIII denarios. Hiltigart mater Otachi can. obiit, pro qua fratres habent VIII denarios. Rodulfus Strambus obiit, qui dedit fratribus domum unam que dat XVIII denarios. Domenia uxor Brunisii Beccarii obiit, que dedit fratribus XL denarios [m]. Iohannes Machangiane obiit, qui dimisit capitulo quandam domum suam soloratam ex illa ripa, de qua singulis annis, quousque Machangiana vixerit, habere debemus XXIIII den. pro suo anniversario faciendo cum vino et oblatione et den. divisione secundum ordinationem capituli memorati, post mortem vero Machangiane predicte habere debemus VIII libras de domo predicta, cum quibus teneatur capitulum facere anniversaria tam ipsius Iohannis quam Machangiane predicte, ut superius est expressum [n].

[h] Bonettus... dividantur AB [i] Hic fit... Capituli B [3] *om.* A [l] Faustini mart. AB [m] Magtildis... denarios A *om.* B [n] Iohannes... expressum AB.

stationes ad lumina sanctorum martirum Hermachore et Fortunati in Foro Aquilegensi dedit, insuper III massaricias in villa Iamnich et II in villa Busel et I stationem in Foro Aquilegensi altari S. Galli dedit » (*Nomina Defunctorum*: Appendice I).

[29] Vale, *Topografia*, 7.

MCCCXXX, Michael de Altures civis Aquil. obiit, qui pro anima sua legavit capitulo tres marchas in redditibus annuatim super omnibus bonis suis, donec sui heredes eas emerint vel eas specialiter consignaverint in bono loco, ut ex eis fiat eius et parentum et uxoris anniversarium et trigessimum cum vino et oblatione, ut est moris, et dentur elimosine annuatim [o].

MCCCXXXVIIII ind. VII, die XV Decembris, Martinus de Vita obiit in Domino, qui dimisit capitulo V marchas frixacensium pro emendo allodio pro suo anniversario annuatim faciendo [p].

[16] G. XVII Kal. Valentini mart. [q]

Petrus de Papia obiit, pro quo uxor eius dedit fratribus VIII den. super quandam domum. Talia obiit, que allodium fratribus dedit [r].

MCCCLXX, Iacobus quondam Petri Falzoni obiit, pro quo annuatim habemus super bonis suis den. XL pro anniversario suo fiendo singulis annis [s].

Anno Domini MCCCCLXIX, dom. Leonardus de Fontanellis can. huius ecclesie Aquil. obiit in Christo, qui pro remedio anime sue instituit ven. capitulum prefate ecclesie Aquil. omnium bonorum suorum universalem heredem, ad hoc ut dictum capitulum annuatim teneatur celebrare honorifice et devote suum anniversarium. De qua hereditate habet supradictum capitulum domum unam coopertam paleis in contrata S. Andree, que locata est Stephano fistulatori et solvit annuatim de affictu soldorum libras VI; item domum unam soleratam et cuppis coopertam positam in contrata de Calegaretiis, que affictata est ser Nicolao de Strasoldo et solvit annuatim de affictu libras soldorum XXV, de quibus debet exponere capitulum predictum in anniversario dom. Leonardi libras III, soldos XIV, pizulos VIII, quibus expositis remanent pro anniversario eiusdem dom. Leonardi libras XXI, soldos V, pizulos IV; item canipam unam

[o] MCCCXXX... annuatim A[1] B [p] MCCCXXXVIIII... faciendo A[4] *om.* B [q] Valentini mart. AB [r] Petrus... dedit A *om.* B
[s] MCCCLXX... annis A[4] B.

positam prope palatium communitatis Aquileie cum duobus porticibus [30], que affictata est Margarete uxori quondam mag. Nicolai cerdonis, de qua solvit de affictu annuatim soldorum libras XXVIII, porticus vero dicte canipe affictati sunt Antonio et Andree Fachinis et solvunt pro predictis annuatim libras soldorum XII; item canipam unam positam prope pontem Piscarie [31], que affictata est Catherine de Tergesto uxori olim Christofori de ***, de qua solvit annuatim de affictu libras soldorum XXIV, de quibus debet exponere capitulum predictum in anniversario domini [Leonardi] libras IIII, soldum unum; item de predicta canipa solvitur capitulo SS. Felicis et Fortunati de livello denarium unum, quibus expositis remanent pro anniversario eiusdem dom. Leonardi libras XIX, soldos XVII, pizulos II; item ortum unum positum in contrata Sinagoge Iudeorum [32], qui affictatus est predicte Catherine, de quo solvit annuatim soldorum libras III; item domum unam positam prope plateam communitatis Aquileie [33], que livellata est mag. Danieli de Tercento et solvit annuatim de livello soldorum libras VI et dimidiam; item aliam domum in eodem loco positam, que livellata est Antonio de Rovere de Utino, de qua solvit annuatim de livello soldorum libras VI et dimidiam; item ortum unum positum in androna Lanzelloti, de quo solvit mag. Georgius cerdo annuatim de affictu libram unam et soldos VIII; item domum unam cum stabulo casale et curia positam in platea veteri, de quibus habet capitulum ab Antonio soldato annuatim de affictu libras VIII soldorum; item unam braidam in contrata S. Stephani positam [34], de qua solvit Ioannutus de Monasterio capitulo predicto frumenti staria II et medietatem vini; item campum unum plantatum positum in Aquileia prope domum capituli in qua habitat dom. Nicolaus Loth [35], de quo solvit Georgius campanarius antedicto capitulo annuatim de affictu

[t] Anno Domini MCCCCLXIX... sunt marche *** B [6]] Anniversarium dom.

[30] VALE, *Topografia*, 11.
[31] VALE, *Topografia*, 10.
[32] VALE, *Topografia*, 25.
[33] VALE, *Topografia*, 9.
[34] VALE, *Topografia*, 26.
[35] Nicolò Loth, can. di Aquileia. Aquileia, 7 gennaio 1484: Nicola Loth, can. di Aquileia (VALE, *Storia*, 69).

frumenti starium unum et medietatem vini, de quibus vino et frumento debet exponere capitulum predictum in anniversario domini [Leonardi] libram unam, soldos XIII, pizulos XIII; item de bonis ut supra nominatis tenetur solvere annuatim prefatum capitulum cappellano S. Anastasie soldorum libras XIII; de rebus vero venditis ad publicum incantum habite sunt marche *** [t].

[17] XVII. A. XVI Kal. Ignacii ep. et mart. [u]

Iacobus Bassul obiit de Mariano, qui fratribus dedit XX denarios. Hic est commemoratio patris et matris Hermanni, pro animabus quarum idem Hermannus thesaurarius dedit fratribus II vineas apud Tregestum, in loco [36] qui dicitur Solcula [v].

MCCCLIIII, ind. VII, die XVII Decembris, Fantussius filius Francisci de Campo Longo et gener Stephani qui dicitur de Belenia obiit in civitate Aquilegia, qui dimisit capitulo, in suo testamento scripto manu mag. Iohannis not. de Verona quondam mag. Bartholomei phisici habitatoris Aquilegie, marchas III frisachensium novorum pro emendis redditibus in suo anniversario annuatim inter presentes officio die eodem dividendis, quas recepit nomine capituli dom. Philippinus de Fara [37] can.

Leonardi de Fontanellis canonici. MCCCCLXIX, obiit dom. Leonardus de Fontanellis can. ecclesie Aquil., qui legavit capitulo Aquil. omnia bona sua, ut patet particulariter in libro novo; omnia bona sua stabilia, videlicet de affictis positis Aquilegie et ius valet solidorum marchas XIIII; item frumenti de affictis staria III et medietatem vini, quod est ad minus annuatim congios XIIII; item de bona mobilia vendita pro qua abemus marchas *** A [3]   [u] Ignacii... mart. AB   [v] Iacobus... Solcula A *om.* B.

[36] Una vigna in questa località era stata venduta a Ermanno, tesoriere di Aquileia, nel 1173: « Ego itaque Iohannes una cum nepte mea Glirosa facimus cartulam venditionis a die presenti tibique Hermanno camerario Aquil. ecclesie, hoc est de vinea una que est in loco qui dicitur Scolcula..., quia tu dedisti nobis in bona convenientia libras den. XXI et de ipso precio in debitum nihil remansit » (Kandler, *Cod. Dipl. Istriano,* sub anno 1173). Per Ermanno, can. e tesoriere di Aquileia: Necrologio, 21 novembre.

[37] Filippino da Farra di Milano, can. di Aquileia: Necrologio, 14 giugno.

Aquil. ecclesie [z], pro quibus empti sunt super manso Antognani empto a Ducio starium unum frumenti, starium unum millei et frisachenses IIII [a].

MCCCLXXVIIII, nobilis et discretus vir Armaninus quondam dom. Phebusini de la Turre obiit, pro quo dom. Iohannes de la Turre [38] eius frater, can. Aquil. promisit dare capitulo Aquil., pro anniversario dicti Armanini singulis annis fiendo, marcham unam den. et pro hoc obligavit domum suam in qua moratur, tamen tali conditione quod quotiescumque dictus dom. Iohannes dederit capitulo marchas decem den., dicta domus sua sit libera a solutione dicte marce [b].

[18] V. B. XV Kal. Winnibaldi conf. *Sol in Capricornio* [c]

Loduicus filius dom. Petris obiit, qui dedit fratribus unam marcham pro emendo allodio. Adalegdis filia Meynardi de Clusa obiit, que dedit fratribus VIII den. super campum ex illa ripa. Folcherius de Rotoyba obiit, qui II mansos fratribus dedit. Restaldus obiit, pro quo fratres habent IIII denarios [d]. Anno Domini MCCLXXIII, dom. Palma uxor Wargendi obiit, que dedit fratribus annuatim XXV den. super domibus et campo, qui est iuxta domum dom. decani [39], ad hoc specialiter ut in anniversario suo singulis annis propinetur una quartaria vini dominis et clericis in capitulo; reliqui vero XVI den. dividantur inter can. et mans. qui interfuerint vigiliis et misse ipsa die et III den. offerantur in missa conventuali [e].

[z] MCCCLIIII... ecclesie A [4] *om.* B [a] pro quibus... frisachenses IIII *add.* a.m. [b] MCCCLXXVIIII... dicte marce A [4] B [c] Winnibaldi... Capricornio AB [d] Loduicus... IIII denarios A *om.* B [e] Anno Domini MCCLXXIII... conventuali AB.

[38] Giovanni di Febusino dalla Torre, can. di Aquileia: Necrologio, 10 dicembre.

[39] Vale, *Topografia*, 21-22.

[19] C. XIIII KAL. GREGORII EP. ET CONF. [f]

Wlricus de Portu Piri obiit, pro quo fratres habent unum mansum in Grovain. Mactildis filia dom. Wlrici de Portu Piri obiit, pro qua fratres habent unum mansum in Zillut. Galicia mater Romane obiit, pro qua filia eius Romana dedit IIII den. de prato Marignane. Margareta obiit, pro qua fratres habent VIII den. de quadam statione in Trigestu [g].

Daniel civis Aquil. obiit, pro quo dom. Galliana uxor eius dedit capitulo domum suam propriam et modo solvit de dicta domo singulis annis ipsi capitulo XII den. in vita sua, ad hoc specialiter ut in anniversario dicti Danielis ematur quartaria boni vini et propinetur dominis et clericis in capitulo et in crastinum offerantur III den. in missa et pro ipso specialis oratio dicatur, post mortem vero dicte dom. Galliane dicta domus censuetur ad censum Aquil. per capitulum et fiat anniversarius eius et mariti ut predictum est, et quidquid de dicto censu fuerit, dividatur in anniversario suo inter dominos et mans., qui interfuerint vigiliis vesperis et misse [h].

MCCCXXVI, dom. Katerina uxor quondam Betoni de Bononia obiit, que dimisit capitulo in redditibus singulis annis XL den., quos den. dom. mag. Iohannes phisicus [40] consignavit super domibus [41] quondam Vincentii pilipari, ubi nunc moratur Albertinus calcifex que sunt in Calegareza [i].

[20] XIIII. D. XIII KAL. VIGILIA.

Hermannus tabernarius obiit, qui dedit fratribus unam marcham pro emendo allodio. Anno Domini MCCLV, Zuana mater Egidii prebendarii obiit in Domino [l]. Dom. Federicus dictus

[f] Gregorii... conf. AB [g] Wlricus... Trigestu A *om.* B [h] Daniel... et misse AB [i] MCCCXXVI... Calegareza A [1] B [l] Vigilia... Domino A *om.* B.

[40] Giovanni di Egidio da Aquileia, doctor e fisico aquileiese: Necrologio, 22 gennaio.

[41] VALE, *Topografia*, 7.

Wricimannus de Attens [42] can. Aquil. obiit in Christo, pro quo habemus XL den. in reditibus super domibus Iohannis Alexandri [43], ad hoc ut in suo anniversario propinetur dominis et clericis in capitulo et III den. offerantur in missa conventuali; reliqui vero dividantur inter can. et mans. qui intererunt officio ipsa die [m].

MCCCXIII, Napinus de la Turre clericus obiit, qui dimisit capitulo redditus XX den. pro suo anniversario faciendo [n].

MCCCLXXIII, Musuta quondam famula Anceloti mans. [44] obiit, que dimisit capitulo Aquil. marchas II cum dimidia pro emendo allodio, pro eius anniversario faciendo ut moris est [o]. MCCCCXXVIII [...] dom. Clara de Arthine abbatissa Monasterii maioris Aquil. obiit in Christo, pro qua habemus marchas solidorum *** [p].

Anno Domini MCCCCLXXXIX, die [XX] Decembris obiit in Christo ven. dom. presb. Benedictus a Crucibus de Venetiis, in hac sancta ecclesia Aquil. pro serenissimo imperatore vicarius, qui pro anniversario suo legavit venerabili capitulo Aquil. starium unum frumenti de livello; item pro remedio anime sue legavit ornatui ecclesie predicte aliud starium frumenti de livello et unum bacille argenteum cum duabus ampullis, prout in testamento eius continetur scripto manu ser Marci Vitalis de Pirano publici not. et tunc cancellarii specialis communitatis Aquileie, sub die XI Decembris 1489. In quorum legatorum executione dom. Stella soror et heres prefati quondam dom. Benedicti, dedit cessit et allienavit responsionem unam livella-

[m] Dom. Federicus... ipsa die AB [n] MCCCXIII... faciendo A [1] B [o] MCCCLXXIII... moris est A [4] *om.* B [p] MCCCCXXVIII... solidorum *** A [4] *om.* B.

[42] Federico detto Wricimanno da Attimis, can. di Aquileia e di Concordia. 14 gennaio 1276: « Federicus de Attimis », can. di Concordia (DEGANI, *Concordia,* 154); Cividale, 13 maggio 1277: « Federicus de Attens, can. Aquil. » (ACU, *Fondo Bini,* Varia Doc. Antiqua, I, II, p. 5; PASCHINI, *Raimondo della Torre,* 33 e n. 3).

[43] Giovanni di Alessandro, mans. di Aquileia: Necrologio, 6 ottobre.

[44] Lancellotto o Ancellotto da Cuccagna, mans. di Aquileia: Necrologio, 22 novembre.

riam unius starii frumenti dicte hereditatis annuatim persolvendam ad mensuram Aquileie, per heredes quondam Gasparini Petri Blasuti de Aquileia in festo s. Michaelis, super unam braydam quatuor camporum vitibus et arboribus plantatam, sita in pertinentiis Aquileie in Muroforato; item assignavit prefato ornatui dictum bacille et ampullas, ut patet in libro deliberationum dicti capituli manu domini ser Ioannis de S. Foca eius cancellarii, sub die VI Maii 1490. Pro legato autem facto ornatui, dicta heres dedit et assignavit eidem responsionem unam livellariam unius starii frumenti solvendam annuatim in festo s. Michaelis super domibus olim dom. Iacobi quondam ser Odorici de Faganea, sitis Aquileie super platea communis [45], ut patet [45 bis] verbis manu eiusdem presb. Ioannis [q].

[21] III. E. XII Kal. Thome ap. passio. [r]

Mag. Dominicus [46] obiit, qui dedit fratribus X marchas. Marquardus [47] obiit, qui dedit fratribus IIII mansos. Tomasinus de Kanussa obiit, qui dedit fratribus domum ultra flumen, iuxta domum quondam dom. Pelegrini sictam [48], pro qua fratres habent

[q] Anno Domini MCCCCLXXXIX... presb. Ioannis B [6] *om.* A [r] Thome ap. passio AB.

[45] Vale, *Topografia*, 10.

[45 bis] ACU, *Acta Cap. Aquil.*, V, f. 121v.

[46] Domenico, mag., cappellano patriarcale. Padova, 3 aprile 1180: « mag. Dominicus, capellanus (Wodalrici patriarche) » (ACU, *Pergamene*, I, n° 16; De Rubeis, *MEA*, 620; cfr. Paschini, *Patriarchi*, 173).

[47] Marquando di Eppenstein, avvocato della chiesa di Aquileia. « XII Kal. Ianuarii, Marquardus advocatus obiit, qui III mansos in Faganea canonicis dedit » (*Nomina Defunctorum*: Appendice I). Tolmino, 6 giugno (1063-1067): « Marcwardus advocatus » (Klaar, *Herrschaft*, 38-39, n° 46); 1070: « per manum Marquardi comitis Goricie, advocati ipsius patriarche » (Klaar, *Herrschaft*, 41-42, n° 48; cfr. Wiesflecker, *Regesten*, n° 152); Michaelbeuren, 1072: « Marchwart et filius eius March(wart) » (Klaar, *Herrschaft*, 42, n° 49; cfr. Paschini, *Vicende del Friuli*, 191); (prima del 16 giugno 1076): « comes <Goricie> Marquardus, pater Ulrici patriarche et Heinrici comitis » (Klaar, *Herrschaft*, 43, n° 53). Nel necrologio di S. Lamberto in Obersteier: « Marchwardus institutor huius loci, fundator » (16 giugno [1076]: *MGH, Necr. Germ.*, II, 328; cfr. pure Klaar, *Herrschaft*, 44, n° 54). Su di lui: Schmidinger, *Patriarch*, 49,76,83; Klaar, *Herrschaft*, 33-44, n[i] 40-54; 97-108; Riedmann, *Vescovi e avvocati*, 54.

[48] Vale, *Topografia*, 20.

annuatim XL denarios. Henricus de Dorembech[49] obiit, pro quo fratres habent dimidium mansum in Mariano. Henricus Bunicinus can. S. Fellicis obiit, pro quo fratres habent IIII denarios[s]. Speranda mater Radepotti de Ronchis obiit, que VIII marchas capitulo allegavit pro remedio anime sue, quas dom. Hericus de Castilliro debet aduch dare[t]: scilicet semper dividuntur III fertones cum vino et oblatione[u].

MCCCXXVI, dom. Benevenuta uxor quondam Nicolay dom. Guillelmi de Ungrispach obiit, que dimisit capitulo in redditibus annuatim frixachenses XL, quos promisit solvere Nicolaus predictus super bonis suis donec ementur dicti redditus vel dederit pecuniam capitulo pro dictis redditibus emendis, ut fiat eius anniversarium singulis annis cum vino et oblatione et cetera ut est moris. Recepimus a Moro Speccalli marchas II et dimidiam frixachensium, que pecunia posita est in camera capituli pro emendo redditus[v].

[s] Mag. Dominicus... denarios A *om.* B [t] Speranda... dare AB [u] scilicet... oblatione *add.* A[4] B [v] MCCCXXVI... redditus A[1] *om.* B.

[49] Enrico da Dornberch. Millstatt, 1201: « Hainricus de Dornberc et filius eius » (Jaksch, *MHDC*, III, n° 1502; Wiesflecker, *Regesten*, n° 315); Friesach, 24 ottobre 1201: « Hainricus de Dornberc » (Jaksch, *MHDC*, III, n° 1512); Strassburg (Kärnten), 18 gennaio 1206: « Hainricus de Dornberch», teste per il conte Engelberto di Gorizia (Jaksch, *MHDC*, I, n[i] 412-13; Wiesflecker, *Regesten*, n[i] 330-31); Aquileia, 9 dicembre 1211: « Heinricus de Doremberch » (Wiesflecker, *Regesten*, n° 361; cfr. Paschini, *Wolfger*, « Memorie Storiche Forogiuliesi », 10, 1914, 409-10).

[49 bis] Iacopo da Udine, can. di Aquileia. Il suo *De antiquitatibus Aquileiensibus libellus*, dedicato a Francesco Barbaro luogotenente del Friuli, è pubblicato in *Miscellanea di varie operette*, II, Venezia 1740, 99-134 (G. Valentinelli, *Bibliografia del Friuli*, Venezia 1861, 103, n° 675). Una sua epistola a Eugenio IV sta nel cod. 140 della Biblioteca Guarneriana di San Daniele del Friuli (G. Mazzatinti, *Inventario dei manoscritti*, III, Forlì 1893, 133). Copiato da lui nel 1442 ad Aquileia è il cod. 964 dell'Arsenal di Parigi (C. Samaran - R. Marichal, *Catalogue des manuscrits en écriture latine...*, I, Paris 1959, 121; cfr. pure J.J.G. Alexander - A. C. De la Mare, *The italian Manuscripts in the Library of Maior J.R. Abbey*, London 1969, XXVII, n. 2). La Biblioteca Vaticana conserva di lui la *Vita beatae Helenae Utinensis* (*Vat. lat.* 1223, ff. 1r - 83r: A. Poncelet, *Catalogus codicum hagiographicorum latinorum Bibliothecae Vaticanae*, Bruxellis 1910, 84-85; *Bibliotheca Hagiographica Latina, Supplementum*, Bruxel-

MCCCCLXXXII, ind. XV, ven. et peritissimus vir dom. Iacob de Utino can. [49 bis] huius alme ecclesie in Christo obiit, qui legavit pro funere suo et anniversario fiendo capitulo Aquil. ducatos XXV, prout constat manu ser Bartolomei Mastini de Utino not., cum quibus XXV ducatis fieri debeat funus suum honorifice, et cum residuo dictorum XXV ducatorum ordinavit ut emantur redditus pro suo anniversario annuatim fiendo; et per rev. viros dom. Doymum de Valvasono [50] decanum et clarissimum decretorum doctorem dom. Butium de Palmulis [51] can. Aquil. dicti funeris et legati executores, emptum fuit unum stare et medium frumenti a Perino de Carvacio Aquileie habitatore super una sua domo, quam idem Perinus ad presens inhabitat sita in civitate Aquileie in contrata de Calligareciis, iuxta unam domum capelle Sanctarum IV Virginum [52] iuxta domum *** de Aversia et iuxta viam publicam; item super una sua brayda sita in civitate Aquileie ultra flumen, vitibus et arboribus plantata iuxta infrascriptos confines, videlicet ab oriente iuxta unam braydam heredum quondam dom. Danielis de Colloreto canonici Aquil., ab occidente iuxta braydam dom. Katerine uxor quondam Petri Narissi de Grado, a meridie iuxta aggerem communis Aquileie et a septentrione iuxta viam publicam que sita est apud flumen Natisse [53] et iuxta alios veriores confines si qua forent [z].

[z] MCCCCLXXXII... forent B [6] *om.* A.

lis 1911 [Subsidia Hagiographica, 12] n° 3794 b; cfr. LIRUTI, *Letterati,* I, 368-69) e il *De militari arte apud Graecos Carthagienses Romanosque et armis contra Turcos sumendis* (*Urb. lat.* 933, ff. 1r - 30r). Su di lui: G. DEGLI AGOSTINI, *Notizie istorico-critiche intorno alla vita e le opere degli scrittori viniziani,* II, Venezia 1752, 122; LIRUTI, *Letterati,* I, 365-69.

[50] Doimo da Valvasone, cappellano papale e decano di Aquileia: Necrologio, 4 maggio.

[51] Buccio de Palmulis, dottore in decreti, can. di Aquileia: Necrologio, 26 novembre.

[52] VALE, *Topografia,* 8.

[53] VALE, *Topografia,* 19-20.

[22] F. XI Kal. Sanctorum martyrum XXXV.[a]

Leonardus Musulinus can.[54] obiit, qui dedit fratribus III marchas pro emendo allodio. Gottepoldus patriarcha[55] obiit. Pascualis obiit, pro quo fratres habent VI denarios. Radivus de Preone debet solvere annuatim unum den. pro se et fratribus suis[b]. Curmannus campanarius obiit, qui dedit capitulo annuatim XXIIII den. super quodam campo et una medietate terre, ad hoc ut in suo anniversario propinetur in capitulo et III den. offerantur in conventuali missa; reliqui vero den. dividantur inter can. et mans.; insuper legavit capitulo post mortem Palme uxoris sue predictos campum et medietatem, ad hoc ut fiat anniversarius suus et dicte Palme uxoris sue cum vino et oblatione[c].

[23] XI. G. X Kal. Gregorii mart., passio.[d]

Benevenuta Brabrandi obiit, que dedit fratribus unam marcham pro redemptione advocatie de Flaybano[e].

MCCCLXXIX, dom. Gotifredus can. Aquil.[56] obiit, pro quo

[a] Sanctorum... XXXV AB [b] Leonardus... suis A *om.* B [c] Curmannus... oblatione AB [d] Gregorii mart., passio A[1] B [e] Benevenuta... Flaybano A[1] *om.* B.

[54] Leonardo Muselino, can. di Aquileia. 10 giugno 1224: « Leonardus Muselinus, can. Aquil. » (ACU, *Pergamene*, II, nº 5; De Rubeis, *MEA*, 705; Cappelletti, *Chiese*, VIII, 293; Wiesflecker, *Regesten*, nº 409); Cividale, 9 giugno 1228: « Leonardus Muselinus, can. Aquil. » (Paschini, *Bertoldo di Merania*, « Memorie Storiche Forogiuliesi », 15, 1919, 48 n. 2; Wiesflecker, *Regesten*, nº 427).

[55] Gottepoldo, patriarca di Aquileia dal 1049 al 1062 (Ughelli, *Italia sacra*, V, 56; De Rubeis, *MEA*, 529-30; Cappelletti, *Chiese*, VIII, 185-87; Paschini, *Vicende del Friuli*, 178-84; Id., *Appunti cronologici*, « Memorie Storiche Forogiuliesi », 9, 1913, 395; Id., *Storia*, I, 214-17; Schmidinger, *Patriarch*, 166). Sul Necrologio: Vale, *Storia*, 54 e n. 6. In *Canonici Lit.* 319 (S.C. 19408) della Bodleiana di Oxford: « Gotepoldus patriarcha obiit » (27 dicembre: Foligno, *Codici*, 296 n. 1).

[56] Gottefrido da Sabuleto, can. di Aquileia. Aquileia, 5 aprile 1379: « Gottofredus de Sabuleto, can. Aquil. » (ACU, *Pergamene*, IV, nº 31). In ACU, cod. 38, f. 59v: « Dom. Gottofredus de Sabuleto olim can. Aquil. obiit, cuius anniversarium fit cum denariis LXVIII super domibus Antonii Mussi sitis in porta Aquilegie, sed ante super domibus olim dom. Iosephi in quibus habitat Leonardus not. quondam ser Thealdi, quia facta fuit permutatio ».

capitulum habet medietatem unius anni, prout apparet in quaternis officialium; pro dimidietate prebende extrinsece, vendite per capitulum pro marchis ***, dimisit capitulo ducatos XXV, quos ducatos concesserat dicto capitulo prout apparet in testamento suo pro augumento anniversarii sui et causa emendi allodium cum supradictis denariis [f].

MCCCCXXIV, ind. II, die XXI Decembris, ven. et sapiens vir dom. Stephanus de Oliva de Iustinopoli can. Aquil. et decanus ecclesie S. Felicis obiit in Christo, qui legavit capitulo marchas XLVII, soldos LXIV pro suo anniversario fiendo singulis annis, pro quibus statuit dictum capitulum in perpetuo dividi de bonis dicti capituli inter presentes in dicto anniversario cum oblationibus marcham unam et dimidiam denariorum [g].

MCCCCLXIV, obiit in Christo ven. et circumspectus vir dom. Beltrandus de Strasoldo can. et alias thesaurarius huius alme Aquil. ecclesie [57], qui pro beneficio et augmento ornatus ipsius ecclesie univit et auctoritate apostolica mediante annexit et incorporavit ipsi ornatui thesaurariam solvendo sibi certam annuam pensionem, videlicet ducatos auri LXV. Pro quo nobilis vir dom. Odoricus de Strasoldo, frater et heres ipsius quondam dom. Beltrandi, in pleno capitulo cessit et dedit ipsis dominis in capitulo, pro anniversario ipsius dom. Beltrandi annuatim fiendo, ducatos centum in quibus ornatus dicte ecclesie restaverat debitor pro pensionibus non solutis; necnon omnia alia credita meritorum ipsius quondam dom. Beltrandi, in quibus offitiales tunc temporis reperientur sive reperti sunt de suis offitiis debitores. Et prefati domini et capitulum unanimiter et

[f] MCCCLXXIX... denariis A [4] *om.* B [g] MCCCCXXIV... denariorum A [4] *om.* B.

[57] Bertrando da Strassoldo, can. e tesoriere di Aquileia. Due brevi papali a favore di Bertrando da Strassoldo in data 9 giugno 1431 sono ricordati da PASCHINI, *Un diplomatico friulano nel primo Quattrocento,* « Memorie Storiche Forogiuliesi », 19 (1923), 221. Su di lui cfr. pure PASCHINI, *Udinesi alla corte di Roma nella prima metà del Quattrocento,* « Memorie Storiche Forogiuliesi », 21, 1925, 164.

concorditer acceptavernt et promiserunt per se suosque successores et ita decreverunt dividi debere annuatim de bonis dicti capituli soldorum marchas quatuor inter presentes et dicti anniversarii officio interessentes perpetuis temporibus pro dicto anniversario. Antonius de Faganea not. et ipsius ven. capituli cancellarius [58] scripsit requisitus et rogatus [h].

[24] XIX. A. VIIII Kal. Vigilia Domini nostri Iesu Christi. [i]

MCCCXII, Romaninus de la Turre obiit, qui dimisit capitulo annuatim XX den. in redditibus super domo una et orto ex illa ripa quondam Auline [59], pro anniversario suo faciendo cum vino et oblatione [l].

Ser Iohannes de Risiis not. <obiit>, qui legavit marcam unam capitulo, pro quo statuit capitulum expendi den. VIII [m].

[25] B. VIII Kal. Nativitas Domini nostri Iesu Christi. [n] Honorancie viii den. in tribus diebus subsequentibus. [o]

Morettus obiit, pro quo fratres habent IIII den. de prato uno. *** Aquil. ecclesie thesaurarius obiit, qui dedit unum mansum in Plaino. Viola uxor Pelegrini de Rota obiit, qui dedit fratribus inaures aureas pro emendo allodio et ortum unum valentem annuatim XIIII den. iuxta pontem Ungaricum [60]. Mar-

[h] MCCCCLXIV... rogatus B[3] *om.* A [i] Vigilia... Christi A *om.* B [l] MCCCXII... oblatione A[1] B [m] Ser Iohannes... denarios VIII B[6]] Anniversarium Iohannis de Risiis: dividuntur den. VIII A[3] [n] Nativitas... Christi AB [o] Honorancie... subsequentibus A[1] *om.* B.

[58] Antonio da Fagagna, mans. e scolastico di Aquileia: Necrologio, 16 settembre.

[59] Aulina: Necrologio, 8 gennaio.

[60] Vale, *Topografia,* 26.

gareta uxor Lazari de Fossula[61] obiit, pro anima cuius Dolzolana solvit VI denarios[p]. Margareta uxor Marcucii dicti Boldonis obiit, que dedit nobis XX den. pro suo anniversario faciendo cum vino et oblatione; residuum inter eos qui fuerint in officio dividantur[q].

MCCCXXXVIII, ind. VI, rev. in Christo pater et dom. dom. Bertrandus Dei gratia sancte Sedis Aquil. patriarcha donavit huic ecclesie Aquil. quodam pulcrum ordinarium pontificale valde pulcrum cum litteris valde grossis et bene formatis[62] in remedio anime sue et corporis[r].

[p] Morettus... denarios A *om.* B [q] Margareta... dividantur AB
[r] MCCCXXXVIII... corporis A[1] *om.* B.

[61] Lazzaro da Fossula: Necrologio, 15 marzo.

[62] Bertrando da Saint Geniès, patriarca di Aquileia dal 1334 al 1350 (UGHELLI, *Italia sacra,* V, 99-103; DE RUBEIS, *MEA,* 867-910; CAPPELLETTI, *Chiese,* VIII, 407-49; EUBEL, I, 99; PASCHINI, *Storia,* II, 83-108). Di questo codice parla JOPPI, *Inventario,* 65 n. 1; VALE, *Liturgia,* 380 n. 4. Su una donazione di libri fatta da Bertrando al convento domenicano di Udine: C. TOURNIER, *Le bienheureux Bertrand de Saint Geniès,* Toulouse-Paris 1929, 192-93; F. DI MANZANO, *Annali del Friuli,* IV, Udine 1862, 399; L. DE BIASIO, *L'antica biblioteca del convento domenicano di S. Pietro Martire a Udine* in *Un secolo di filosofia friulana e giuliana 1870-1970,* Udine, 1978, 155. Alcuni codici furono lasciati da Bertrando il 23 novembre 1349 anche al capitolo di Udine: « canonici et capitulum teneantur et debeant pro libris ipsis predicti dom. patriarche sepulturam honorifice facere seu fieri facere sicut decet... Libri vero sicut premittitur dati depositi et consignati predictis dominis vicedecano canonicis et capitulo per me Gubertinum notarium...: in primis *liber Concordanciarum Biblie* cohopertus corio rubeo incipiens 'Quilibet' et finiens 'marito tradidit'; item una *Biblia* cooperta corio rubeo in qua erat superpositus quidam pannus lineus cum quatuor serraturis in capite de argento et in captis depicta circumcirca, incipiens in littera rubea 'Incipit epistola s. Geronimi presb.' et in littera nigra 'Frater Ambrosius' et finiens 'Consiliatores eorum'; item una alia *Biblia* minoris voluminis cohoperta corio rubeo incipiens littera rubea 'Incipit epistola s. Geronimi presb.' et in littera nigra 'Frater Ambrosius' et finiens 'Mereatur honor et premium'; item unum *breviarium* in magno volumine de littera grossa coopertum corio rubeo incipiens in littera rubea 'In nomine Domini' et in littera nigra 'Fratres scientes' et finiens 'Esse consortes per eundem'; item liber qui dicitur *Flores Sanctorum* coopertus corio rubeo cum serraturis argenteis incipiens 'Universum' et finiens 'Secula seculorum. Amen'. Actum Utini in sacristia ecclesie supradicte » (ACU, *Pergamene,* III, n° 23; cfr. DI MANZANO, *Annali...,* V, Udine 1865, 75; BIANCHI, *Indice,* n° 3582).

[26] VIII. C. VII Kal. Stephani protomartyris. [s]

Stiphinia dicta Moza uxor quondam Minelli obiit, pro cuius anima habemus XVI den. annuatim in redditibus super domibus soloratis quondam dom. Inelini, pro suo anniversario singulis annis faciendo cum vino et oblatione [t].

MCCCXXVIII, ind. XI, Iacobus dictus Falzonus de Florentia civis Aquil. obiit, pro cuius anima Petrus eius filius deputavit super omnibus bonis suis redditus XL den. annuatim, donec assignabit dictos redditus in certo loco vel dederit capitulo duas marchas et dimidiam pro ipsis redditibus emendis, ut fiat eius anniversarium singulis annis. Instrumentum manu presb. Tadei [63] sub anno Domini MCCCXXVIII, ind. XI, die XVII Decembris [u].

MCCCLXXV, Lena uxor quondam Iohannis Bastardini de Parma et filia quondam Pisanuti obiit, que legavit capitulo pro emendis reditibus, pro suo anniversario fiendo singulis annis ut moris est, marchas den. quinque, quas promisit dictus Iohannes eius maritus dare capitulo ad beneplacitum capituli et solvit et den. positi sunt in capsa capituli [v].

[27] D. VI Kal. Iohannis ev. [z] Zoillus conf. in Aquillegia. [a]

Anno Domini MCCLI, Pregonia de Soncolle Aquil. can. obiit in Christo, pro cuius anima capitulum Aquil. habere debet unam marcham et tres fortones de prebenda sua illo anno quando non fuit officialis aliquis pro capitulo pro emendo allodio. [Anno Domini MCCCII, ...thesaurarius...] [b].

[s] Stephani protomartyris AB [t] Stiphinia... oblatione AB [u] MCCCXXVIII... Decembris A [1] B [v] MCCCLXXV... capituli A [4] *om.* B [z] Iohannis ev. *AB* [a] Zoilus conf. in Aquillegia A [4] B [b] Anno Domini MCCLI... thesaucrarius A *om.* B.

[63] Taddeo da Palude, mans. di Aquileia: Necrologio, 5 maggio.

MCCCXLVIII, dom. Raynaldinus de Zavatariis [64] can. Aquil. obiit, qui dedit capitulo marchas XXXIIII den., de quibus empti sunt in S. Maria Longa super mansis emptis a Ducio olim Martinizi de Castello pro marchis XI et frisachensibus XXXVI staria IIII furmenti, starium unum avene et congios III vini, que omnia inter can. et mans., qui ipso die personaliter officio interfuerint, fideliter dividantur [c].

[28] XVI. E. V KAL. SANCTORUM INNOCENTUM. [d]
[...]

[29] VIIII. F. IIII KAL. TOME EP. ET MART. VITA ET PASSIO. [e]

Pertoldus de Albaro [65] can. Aquil. obiit, qui dedit fratribus unum mansum sittum in Latisana pro suo anniversario faciendo, dedit insuper unum mansum sittum in Morsano, ad hoc specialiter ut festum beati Tome mart. annuatim celebretur cum pleno officio [66], in quo quidem festo unam marcham dividi inter presentes absque vino et oblatione capitulum ordinavit [f].

Anno Domini MCCCLXXVI, ind. XIIII, die Martis XXIII Septembris Aquilegie, presentibus Michaele filio Danielis claviselario Aquil., Leonardo quondam Maurucii de Aquilegia atque Leonardo quondam Mauri de Perteolis et aliis, ser Nascinguera quondam ser Henrici de Saurognano nuncius datus per ser Odolricum quondam ser Gregorii de Civitate Austria obtulit super altare maius Ulianam filiam Iacobi de Perteolis. Not. Iohannes

[c] MCCCXLVIII... dividantur A [4] B [d] Sanctorum Innocentum AB
[e] Tome... passio AB [f] Pertoldus... ordinavit (29 dicembre) A] (28 dicembre) B.

[64] Rinaldino Zavattari da Milano, can. di Aquileia. Ricordato come can. di Aquileia almeno dal 1326 (cfr. Necrologio, 24 settembre). Udine, 26 novembre 1331: « Raynaldinus de Zavatariis de Mediolano », coinvolto assieme ad altri canonici in una rissa (BIANCHI, *Documenti*, n° 714); Aquileia, 2 febbraio 1338: « Raynaldinus de Zavattariis, can. Aquil. » (DE RUBEIS, *MEA*, 898; cfr. BIANCHI, *Indice*, n° 2682).

[65] Bertoldo da Albern, can. di Aquileia: Necrologio, 8 giugno.

[66] VALE, *Liturgia*, 373.

quondam [...] de Montefalcono diocesis Aquilegensis. Ego Iohannes de Vendoy scriba capituli Aquilegensis [g].

Anno Domini MCCCXLIX, ind. II, die XXII intrante mense Decembris, Iohannes Rize filius Dominici Pizol de Metuno Spegninbergi habitatoris fuit positus in tenuta super altare S. Marie Mayoris Aquilegie, quem Riza uxor Tomassii manumisit. Carta per Bonacurscium not. de representatione et de manumissione per suprascriptum [h].

[30] G. III Kal. Sabini ep. et mart. passio. [i]

MCCLIII, Artuycha uxor Paduani obiit, que dedit capitulo XXVI den. in redditibus annuatim super domibus [67] in terra iuxta balnearem stupam [l].

[31] XIII. A. II Kal. Silvestri pape vita. Columbe virg. et mart. passio. Gallonii mart. passio. [m]

MCCCLXIII, Iohanottus quondam dom. Federici Picossi de Aquilegia obiit, qui legavit capitulo pro emendo allodio marchas V, pro quibus commissarii ipsius assignaverunt et dederunt capitulo domos que sunt in Pala de Cruce de ponte Armentareze [68] apud domum olim presb. Federici, additis marchis II, quas capitulum solvit pro legato facto fabrice turris S. Felicis [n].

[g] Anno Domini MCCCLXXVI... capituli Aquil. A [4] *om.* B [h] Anno Domini MCCCXLIX... suprascriptum A [4] *om.* B [i] Sabini... passio AB [l] MCCLIII... stupam A [1] B [m] Silvestri... Gallonii mart. passio AB [n] MCCCLXIII... Felicis A [4] B.

[67] Vale, *Topografia,* 22.

[68] Vale, *Topografia,* 23.